



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1618. usque ad annum 1620

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118847

§. 4. Fridericus V. Palatinus Elector Bohemicam coronam affectans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67326)

pluresque aliæ leges, Catholicæ Reli- Sæc. XVII.
gioni admodum infestæ, Bohemorum A. C. 1619.
odium in Catholicos, & seditiosam eor-
um indolem luculenter testabantur. Ce-
terum his inter se ita conventis diem,
qua repudiato Ferdinando ad novi Re-
gis electionem convenirent, decerne-
bant.

§. IV.

*Fridericus V. Palatinus Elector Bo-
hemicam coronam affectans.*

Suadebant equidem ex moderatori- Merc. Gal-
bus nonnulli, æquis conditionibus lob. l. c.
cum Ferdinando Rege transigendum, Barre p. 476.
prævaluere tamen illi, quos rerum no- Calmet Hist.
vandarum cupiditas, & veniæ despe- Univerf.
ratio ad excutiendum Austriacum im- l. 150.
perium stimulabat. Hi ergo Ferdinan- Brachel. l. 6.
do amoto novum Regem, qui gratus
multitudini propriis quoque viribus Re-
gnum tueri posset, eligi petebant, hanc-
que in rem modo Daniæ, & Sabaudia
Reges, modo Saxonæ & Bavariæ Du-
ces præcipue vero Fridericum V. Pala-
tinum proposuere. Hic igitur propen-
sam Bohemorum in se voluntatem con-
siderans, Pragæ Bohemios Ordines per
suos Ministros sibi devincire satagebat,
eorumque oppositionem contra Ferdi-
nandum ratam habens, moras inter-
regni

Sæc. XVII. regni longiores rebus turbandis perop-
 A. C. 1619. portunas studiose quærebat, monens
Electores, ne Electionem Romanorum
 Regis præcipitarent, sed compositis
 prius dissidiis controversias tollerent,
 ipse vero comitia accedere noluit, ne
 Bohemos & fœderatos per gratulationem
 Ferdinando post ipsius electionem
 ferendam offenderet, sed eo decreverat
 suos Oratores, quibus injunxit, ut
 ne Ferdinandus eligeretur, cuncta molirentur.
 Infuper ad omnes intentus erat occasiones,
 in quibus suum erga Bohemos affectum
 eis testari posset; cumque sibi compertum
 haberet, quod Philippus Comes Licho-Solmen-
 sis cum quingentis Equitibus in Belgio & Coloniensi
 ditone conscriptis per Palatinum ad Bucquonii
 castra transire pararet, Fridericus Marchionem
 Onolzbacensem ea de re certiozem reddidit,
 qui etiam illos die trigesima prima Julii
 prope Aichstadium profligavit, quæsito
 obtentu, quod hæ copix, inconsulto Palatino,
 per ipsius territorium transire præsump-
 sissent. Sub idem tempus Tampierensis
 Comitis milites a Moravis fusi, fugatique
 fuere, Bucquonius vero Pifecam, pluresque
 alias urbes suis armis subjecit.